

fuerit, ita verum est, quod apostolica auctoritate reconciliatus cati-
keris. Def. Quando depositus est, mediantibus sacrosanctis evangelij iuram-
rando concludis, ut Romane urbem nullatenus ingrederetur, suumque
episcopatum nullo modo reciperet; et propterea reconciliari minime
potuit. Def. Istiusmodi iuramentum non solum a christianis, veram
etiam ab inimicis evitandum atque nefarium esse decernitur. Revera
enim nihil aliud in eo reprehenditur, nisi ut huius apostolorum
Petri et Pauli numquam adorares, nunquam ad reconciliationem
accederes, suumque episcopatum nunquam reciperes. pro nefas,
huiusmodi iuramentum crudelitas nec apud paganos invenitur. Ve-
lit, qui tale sacramentum ab eo per vim extorserunt. Benignus et
misericors ille apostolicus pontifex reconciliare decrevit. Def.
Verene debuit apostolicus pontifex reconciliare hominem, qui
se coram episcopis proprio ore damnavit et idcirco depositus fuit.
Def. Poteram ad haec opponere, quia cum se proprio ore damnavit,
non veraci professione, sed magno timore perterritus, interrogans
se quomodo non inculpabiliter satisfecit, sed suffragari ei, qui postmodum
apostolica auctoritate reconciliatus sit. Audi, quid etiam Alexander
papa super huiusmodi occasione synodaliter censeas dicens: Es
etiam et hoc ad hanc sanctam perlatus sedem, quod pudet dicere,
et non solum sacerdotali, sed etiam omni christiano homini est
inimicum. quod nonnullos episcopos vel sacerdotes aut metum com-
pellens, aut vi extorquens, aut fraude decipiens, aliquas confessionis
suae in aliud, quod non debens, aut pro suarum non requisitione
rerum, aut, quod deterius est, alieni erroris secta scripturas
facere, propriis manibus roborare et coram populo recitare
atque confiteri, aliquos divas carentibus et e gaseulo rebus

iuramentum l. 1.

p. q. de iur. l. 1.

f. 128.